

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium au
cum fontibus primis

Boni iudicis est dispensare non tantum
quis dampnandus sit, sed quatinus.

Boni iudicis est dispensare, non tantum
quid damnandum sit, sed quatenus.

Martinus Bracarensis, *Libellus de
moribus*, 4 (PL 72, col.31A).

Ad penitendum properat cito qui
iudicat.

Ad paenitendum properat, cito qui
iudicat.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 32 (G.
Meyer ed., p.19).

Fatetur facinus is qui iudicium fugit.

Fatetur facinus is, qui iudicium fugit.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 174 (G.
Meyer ed., p.30).

Graue preiudicium est quod iudicium
non habet.

Grave praeiudicium est, quod iudicium
non habet.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 194 (G.
Meyer ed., p.32).

In iudicando criminosa est celeritas.

In iudicando criminosa est celeritas.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 254 (G.
Meyer ed., p.36).

Iudex dampnatur cum nocens absoluitur.

Iudex damnatur ubi nocens absoluitur.

Seneca in proverbiis.

Publilius Syrus, *Sententiae*, 257 (G.
Meyer ed., p.36).